



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Sed an vovens votum implere ante tempus à se præfinitum tenetur ob
impedimentum futurum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

*Sed an vovens votum implere ante tem-
pus à se præfinitum tenetur ob impe-
dimentum futurum?*

Resp. I. Quando opus vovetur ut pro-
prium onus certi dici, seu temporis, ex
communi non tenetur vovens prævenire,
etiamsi prævideat impedimentum pro illo
die; quia non vovit actum, nisi tali die
faciendum; unde ante illum non obligat
votum. Idem dic, quando terminus, seu
dies additur non solùm ad differendam exe-
cutionem, sed etiam ad suspendendam ob-
ligationem usque ad talem terminum; quia
res non est promissa ante illum, nec vovens
intendit se obligare, nisi ex tali die.

Resp. II. Quando terminus solùm ponit
tur ad differendam solutionem, & non ad
suspendendam obligationem, tunc ex com-
muni vovens tenetur votum persolvere
ante terminum, si prævideat impedimen-
tum pro illo futurum; quia tunc votum
statim, ac fit, obligat absolutè, ut intra ter-
minum designatum opus fiat. Unde obli-
gat determinatè pro illo toto tempore, pro
singulis verò partibus quasi disjunctivè.
Et ideo vovens tenetur absolutè implere
votum in aliqua parte hujus temporis: er-
go si prævidet futurum esse impedimentum
in posteriori parte temporis, tenetur in
priori facere: quod est prævenire termi-
num.

num. Et alioqui contra præmissionem dilatio fieret ultra tempus præfinitum. Item licet terminus temporis sit constitutus ad finiendam solutionem, si opus promissum non est proprium onus alicujus determinatæ partis totius temporis usque ad illum terminum, tenetur vovens imple-re votum ante terminum illum, si ante il-lum impedimentum prævideat: ut si quis vovit jejunare sex dies mensis, non desi-gnando illos, limitando tamen obligatio-nem ad Mensem, ita ut cum illo extingua-tur in omni eventu, tunc si prævideat fu-turum, ut post primum diem mensis jejunare nequeat, tenetur in prioribus diebus totum votum implere, & ita prævenire terminum; quia tunc totum tempus mensis est tempus absolutæ obligationis, quæ debet impleri in parte ejus possibili. Quæ omnia confir-mantur exemplo præceptorum, v. g. con-fitendi singulis annis. Ita Suarez, addens teneri voventem in omnibus casibus vita-re impedimentum, ut votum suum tempo-re promisso impleri possit; nam votum ob-ligat saltem implicitè ad non ponendum impedimentum, cùm hoc sit necessarium ad implendam rem expressè, ac directè pro-missam: alioqui obligatio voti esset ineffi-cax, & inanis.

Q. 5. *Quid dicendum in dubio
circa votum?*

Resp. Sequentia. 1. Nullus tenetur vo-

Nn 2

tō,